

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Christian Wernsdorf

**Devs Imperator E Sacris Profanisqve Literis Breviter Demonstratvs : Programma
Die Festo S. Michaelis A. R. S. MDCCCLIX In Academia Ivlia Carolina P. P**

Helmstadii: Typis Vidvae P. D. Schnorrii, [1759?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861923332>

Druck Freier  Zugang



70

282

Fa - 1092 (70)

- 1) Differatatio in qua iurat Iesu Degressus de Duximus Schone. Ioh. Godofred. Capmynus
 Ropano
 2) Bon. Fried. Meraviglios de Paschale ducitorum in bello aduersus canu
 Anthonino exercitatu
 nitas suscepto
 3) M. Leon. Ioh. Godofred. Vnigen commen
 latio de 272 - 242 regnante rege veterum et speciam mōrem
 4) Ioh. Christoff. Meraviglios de Paschale ducitorum in bello aduersus canu
 ratoris exercitatu
 tis per eorum segmenta
 breviter demonstratus
 5) Ioh. Christoff. Meraviglios de Paschale pacifera
 6) Ioh. Fried. Wender Differatatio de voca
 nione esse praeceps a patre ad manus medi
 aborium. sub N. T. in salutem gen
 tium aequa ac fiducia et 1418 explicatur
 7) M. Sam. Ioh. Christoff. Lampert de
 obligatione ad martyrium
 8) Ioh. Fried. Telekin Oratione de Reformatione
 ore primo Lutheri
 9) Carl Gottlieb. Ellerli Oratione anniversaria in Spiritum Sanctum Sacram
 turia qua memoria Religiosis form
 ue in August. Imp. Confessione
 10) 15 XXX reitatae reprovanda
 11) Era Ioh. Fried. Ellerli De lunctione Abgarum epistola
 parabola ex curiae quae esse galandina Abramam Gottweil Jork
 no brum exterminauit
 12) Ioh. Andre. Ulrich. Exercitatio de fide quam
 nonnulli frumenti naturali
 13) Gottlieb Josephus Winkel Orationem
 lunctionem et Tentationem facere Chri
 stianum et Theologum nullum erudit
 um examini submetit
 14) Ioh. Christoff. Zachar. Stadnicki Sicutu
 mis de virtute verbi Jam in his
 ea an moralis
 15) Georg. Lind. Gronii Belagiani
 Siftematica delineatio

1 16
 2 17
 3 18
 4 19
 5 20
 6 21
 7 22
 8 23
 9 24
 10 25
 11 26
 12 27
 13 28
 14 29
 15 30

- 24) Joh Ernest Schubert de uno ex Tri-
 nitate refutatio
 25) Joh Ernest Schubert de operatione popolorum festium religiosis chris-
 tianae fidei originariorum
 26) Joh. Ioh. Lud. Specht de fide miraculosa
 27) Joh. Job Roentkens de Granthoro Etchita scriptorum Graecorum de Latini
 28) Joh. Ioseph Harder de febribus Toulou Theologia
 prae dicantis inter gentes Evangelium
 successus ad Rom. 10. 8, 9
 29) Hermannus Ellerer de vestigio
 religionis patriarchalis inter gentes
 sub V. T. et quodcumque a deo laus ad com-
 memorationem Israelitanum in Aegypto
 30) Fried. August Rongheb Theologie
 mensa de terrae motu
 31) Philip. Lud. Brueck de sententia ami-
 corum Jobi ad delegenda primordia
 salvi cultus.
 32) Joh. Phil. Bruttelius de Phala. 88
 Timonis Dervi atque humor Dei
 33) Philip. Iac. Handwerck paraphras-
 sis Epistolae Petri
 34) Wernerus Niermeyer de Euso xpo
 vix fine decoro etibili hominis Christiani
 35) Samuel Ellerupna de origine gene-
 sis humana
 36) Sig. Iac. Barungarten de Hebreas
 et affixibus Oxensis Linguis de
 Graeca etenim
- 37) Christ. Gottlob Kallide de exper-
 ientia fine apititiae et universitate
 fidei
 38) Joh. Bern. Lontinger de hu-
 mane fidei originariorum
 39) M. Jo. Christ. Jaenickken Prologu-
 ea novo peermine argumentu
 mathematice et philosophica retracta
 40) Joh. Capp. Horren de transitus ha-
 bitatuum per mare rubrum Dei
 miraculo ad exp. in diversa eisdem
 41) Joh. Godofr. Roeter de ludis flumen
 in O. T. commemorative
 42) D. Sam. Weronfeller Theologie
 spiritusq. in mundo in flum. flum.
 Divisio
 43) Colle. Bened. Hoffmannus de arca orationis
 Christianorum imperatoris obitu
 44) J. J. H. T. G. de crucis hemeris
 45) Joh. Fried. Lippoldi doctrinae de tantu legi
 46) Laurent. Albert Giese de profunditate rene-
 rationis orationis
 47) Jo. Henr. Carstens de usu ceremoniarum in ecclesia
 48) St. Paul. Lud. Carstens de summa quam
 Deo semper debemus reverentia
 49) Henr. Jo. Carstens de xpo et aliis etiam
 50) Art. Christ. Schubert de matrimonio conficien-
 tiorum et episcopis Evangelicorum de periculis
 et abrogatis
 51) Joh. Benedictus Carporinus de periculis Evangelicorum
 et Episcoporum non levem abrogatis
 52) Jo. Henr. Richter de sermone donorum ministrorum
 Extraordinariorum ex Ord. Paul. Schol. 1213 onto
 Diuersi Christ. Sacrae de veneratione non sacramentis
 Deinde sacrae a superiori Creditoris

DEVS
IMPERATOR
E SACRIS PROFANISQVE LITERIS
BREVITER DEMONSTRATVS

PROGRAMMA
DIE FESTO S. MICHAELIS

A. R. S. CIC 19 CCLIX
IN ACADEMIA IVLIA CAROLINA
P. P.

AVCTORE
IO. CHRISTIANO WERNSDORFIO

ELOQV' ET POES' P' P' O
ACADEMIAE IVL' CAROL' H' T' PRORECTOR
ET ORD' PHIL' DECANO

HELMSTADII
TYPIS VIDVAE P' D' SCHNORRII
ACAD' TYPOGR

16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52

ДЕЯНИЯ
ИМПЕРАТОРЯ

САКРИФИЦИАЛЬНЫЕ ЛИТЕРАТУРЫ
БРЕВИАРИЙ ДЕМОНСТРАТИВНЫЙ

ПРОГРАММА

ДИРЕКТИВЫ СОМОЧАЙПИ

А. А. СИСИСЕВИ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ

9. 9.

АВТОРОВЕ

CHRISTIANO HERMANNOTUS IO.

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ

АННАЛЫ ДЕСЯТЫЕ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ



§. I

Premit adhuc Germaniam internecini belli calamitas, plurimasque eius regiones aut uastitate exhausit, aut terrore consternauit. Exercitus numerosi, et quantos aetas nostra non uidit, hinc inde infestis concurrunt signis, tantamque moliuntur stragem, ut, quamquam plurimum humani sanguinis tot cruentissimis proeliis iam profusum est, multo plus tamen mox profundendum uideatur. Atque nos quidem magno super metu liberati sumus, cum hostilis exercitus, qui cœruncibus nostris imminebat, et uastitatem hisce terris minabatur, fractis cito uiribus pulsus fugatusque est. Ex alia tamen parte nouum obiici periculum uisum est, ex aliorum hostium incursu, qui propius admoueri nostris finibus cooperant. In tanto igitur armorum ubique circumsonantium terrore, ad sacram ueluti ancoram configimus, et huius diei, qui S. Michaeli facer est, religione admoniti, *Deum Sebaoth*, Deum exercitum, adoramus, in cuius numine omne rerum nostrarum praesidium colloccemus. Hic enim summus rerum arbiter eo ipse nomine in sacris literis se appellauit, ut ostenderet, se esse, qui fata

16
17
18
19
5
20
6
21
7
22
8
23
9
40
10
75
11
27
12
28
13
79
50
14
46
15
51

IV

gentium summo unius imperio moderetur, qui robur exercitibus addat, qui hostes prosternat, victoriam largiatur.

§. II

Deum habere summum bellorum armorumque arbitrium, non solum sacrarum literarum oraculis, sed etiam profanarum gentium opinione et ritibus comprobatur, maxime Romanorum. Ab his enim nomen Imperatoris mutuamur, quod Ioui suo, quasi auctori et praefidi virtutis bellicae, tribuebant, eoque hebraicum Sebaoth percommode putamus exprimi. Hoc autem uocabulum Romani cum insigni honoris significatione tribuebant ducibus exercituum, siue Praetoribus, qui imperium belli, suis auspiciis gerendi, a populo accepissent, iis maxime qui, rebus magnis bello gestis, numerum hostium insignem ceciderant. a) Numerum quidem hostium caesorum, quo quis nomen Imperatoris mereretur, legibus definitum fuisse, innuunt DIO CASSIUS, b) et CICERO, c) is tamen quantus fuerit, nusquam diserte memoratur. Quamquam enim APPIANVS d) scribit, sua aetate nemini eam appellationem obtigisse, nisi caesis hostium decem millibus, hoc tamen nihil aliud declarat, quam sua aetate priuatis hominibus istum honorem difficilis rariusque concessum esse. Nam stante adhuc re publica liberalius frequentiusqne honor iste decretus est, et, si non legis alicuius observatione, certe ex consuetudine, quae increbuerat, Imperator salutatus, qui mille aut duo millia hostium occidisset. e) Sub Principibus Augustis autem, quod apud eos solos auspicia erant,

- | | |
|--|---|
| a) CICERO ad Att. X. ep. 20: | CASAVEONVS ad Sueton. Iul. cap. 76 |
| Magnum numerum hostium occidimus: castella munitissima cepimus: Imperatores appellati sumus. Luculent de uaria Imperatoris significatione agit | b) Lib. XXXVII
c) Philippica XIV. cap. 5
d) De bell. civil. lib. II. p. 455
e) CICERO I. 6 |

rant, rarissime aliquis eo honore exornatus, ipsi potius, quoties bella uel auspiciis uel ductu suo prospere confe-
cissent, Imperatoris nomen assumserunt. Caesar Augu-
stus id uocabulum quibusdam concessit, Tiberius Iunio
Blaeso, Proconsili Africae, postremum. f) Ceterum
Imperatoris praenomen, quod Principes Romani, Julio
Caesare, qui primus assumxit, auctore, g) usurparunt, ni-
hil aliud quam summi imperii et regiae potestatis nomen
fuit.

§. III

Hoc igitur Imperatoris elogium, quo omnis gloria
militaris continetur, Romani ipsi tribuerunt Ioui suo, ut
summum uirtutis bellicae praesidem, uictoriarumque effecto-
rem, praedicarent. Nam in ipso Capitolio inter cellam
Iouis ac Mineruae dedicatum, cognomine Imperatoris,
coluerunt. Caussam et occasionem eius dedicandi t. li-
vius hanc commemorat: h) T. Quintius (Cincinnatus)
semel acie uictor, binis castris hostium, nouem oppidis ui ca-
ptis, Praeneste in deditonem accepto, Romanam reuertit, tri-
umphansque signum Praeneste deuictum Iouis Imperatoris in
Capitolium tulit. Dedicatum est inter cellam Iouis et Miner-
uae, tabulaque sub eo fixa, monumentum rerum gestarum,
bis ferme incisa literis fuit: Iupiter atque Divi omnes hoc de-
derunt, ut T. Quintius Dictator oppidanouem caperet. Cum
Praenestinum fuisse simulacrum Iouis Imperatoris, et a
T. Quintio Cincinnato aduectum, livius memoret, e*cero*
contra plane alia prodit, i) idque ait a T. Quintio
Flaminio e Macedonia allatum, et in Capitolio, terrestri
Iouis domicilio, positum. Quo in manifesto dissensu au-
ctorum

f) TACITVS Annal. III. 74. h) Lib. VI. cap. 20. Conf.

VELLEI PAT. II. 125

PLINIVS Paneg. cap. 5, 4

g) SVETON. in Iul. cap. 76

i) In Verrem lib. IV. 57

16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52

VI

etorum placet omaino coniectura ^{lipsii, k)} qui, quod simulacrum illud T. Quintii nomine inscriptum et dedicatum fuerit, haud alio addito cognomine, inde¹, putat, dubitationem inter Romanos de uero dedicationis auctore ortam, ut aliis ad Cincinnatum, alias ad Flaminium traheret. Pro Liuio tamen facit ^p VICTOR, qui in regione VI Capitolii signum Iouis Imperatoris Praeneste deuictum ponit. Ceterum CICERO ^{l)} tria in orbe terrarum signa Iouis Imperatoris fuisse memorat, unum illud Macedonicum, aut Praenestinum, in Capitolio Romano dedicatum, alterum in Ponti ore et angustiis, tertium quod Syracusis fuerit, pulcherrime factum, et a Verre Praetore ablatum. Eodem loco summoner CICERO, quem Romani Iouem Imperatorem uocent, Graecos ^{'Ogeio} nominare. Quod merito interpretibus mirum uisum est, cum Romanum uocabulum Graeco plane non respondeat. ^{'Ogeios} enim auctorem bonorum uentorum significat. Crederem mendum scripturae subesse, legendumque putarem ^{Ageio}, Martium uel bellicosum, quo nomine ab Epirotis cultus est, teste PLUTARCHO, ^{m)} nisi ARRIANVS ⁿ⁾ fanum Iouis Vrui eodem loco, quo CICERO, nempe in angustissimo ore Ponti, per quod in Propontidem labitur, collocaret. Commodae interpretationis uestigia insequitur MANVTIVS, ^{o)} qui Iouem ^{'Ogeio} eundem esse dicit ac ^{'Ageio}, terminalem, seu finium praesidem. Sed eo inuenio minus feliciter uitetur ad cruendam rationem, qua Romani Iouem Vrium interpretati sint Imperatorem. Ait enim: qui terminis praeest, imperare, et arcere finitos ab iniuria uidetur. Non enim praecesset, nisi imperandi ius haberet. Rectius

k) Not. ad Plin. Paneg. cap. 5

12. Tom. I. Geogr. min. Gracc.

l) l. c

10' HUDSON

m) In uita Pyrrhi

o) Notis ad Cicer. l. c

n) In peripl. ponti Euxini, pag.

mea sententia sic statuitur: Iupiter *Ovḡos*, seu terminalis, non solum finibus tuendis et seruandis, sed etiam promouendis amplificandisque praeest. Iam qui, hostibus insigni clade afflicti, prouinciam imperio Romano adiecerat, eiusque adeo prorogauerat fines, summo omnium iure Imperator appellabatur. Iupiter igitur *Ovḡos* idem est ac Imperator. Eadem fere significatione Iupiter *Στρατός*, seu Militaris, in Ponto cultus est, ut *PLINIVS*, p) et *APPIANVS* q) testantur.

§. IV

Taceo alia Iouis cognomina, quibus ei summam armorum et uictoriarum potestatem tribuerunt Romani, ut sunt Victoris, Vltoris, Statoris, Conseruatoris et alia. His enim nominibus et aedes statuasque Romae consecratae habuit, et in numis signatus adhuc extat. Neque frequenti commemoratione Fortunae et Genii populi Romani, Genii Imperatoris, et Exercituum, Romani significarunt aliud, quam in tuendo imperio magnisque rebus gerendis, uerari praecipuam aliquam Numinis uim et potestatem. Lares etiam colebant urbanos et hostilios, quorum tutela et urbem seruari et hostes arceri existimabant. r) Praecipue autem, quomodo omnem rei bellicae successum ad Deos retulerint Romani, ex ipsorum Imperatorum officio et auctoritate patet. Solus Imperator in exercitu habebat auspicia, nihilque omnino rerum gerendarum, nisi iis rite administratis, suscipiebat, quibus scilicet experiebatur, an coepta Dii comprobarent. Quod autem imperium et ius auspiciorum iussu et auctoritate populi habebat, simul habere secum Deos populi Romani tutelares credebatur, qui, quemadmodum imperio Ro-

p) Lib. XVI. cap. 44
q) In Mithridatico

r) FESTVS POMPEIVS in Ho-
fili Lares. TURNEEVVS Aduers.
lib. 29. cap. 13.

16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

VIII

mano firmatatem, ita suis rebus gerendis successum largi-
rentur. Itaque quod Imperator bellum Deorum auspiciis
administrabat, illi veluti ipsi gerere credebantur. Neque
raro Imperatores, prius, quam in hostem mouerent, aci-
eque decernerent, Ioui ante omnia sacra facere solebant,
ut Deorum veluti religione armati, hostes suos fortius
prostigarent, sibique, ut LIVIVS loquitur, s) felix pugna
esset, et matura ex hostibus uictoria. Viētis praelio hosti-
bus Ioui Victori ab Imperatore arma et spolia hostium
cremata t); triumphans autem Imperator, curru Capito-
lium inuenctus, lauream triumphalem in sinu Louis Capito-
lini deponebat, u) ut ostenderet, omnem uictoriae glori-
am beneficio Louis et auxilio deberit.

¶. V

Relinquimus paganis, diuinioris sapientiae experti-
bus, errores et lufus superstitionis suae, quibus, incerti,
quo nomine diuinum bellorum arbitrium exprimerent,
mox Fortunam imperii, Genium populi et exercituum,
et Lares hostilios, mox Iouem Imperatorem uel Martem
celebrarunt. Eodem tamen errore insistam sibi persuasio-
nem declararunt, non uirtuti prudentiaeque humanae, sed
summae Dei prouidentiae et potestati tribuendum, quic-
quid bello et militia rei geritur. Multo autem luculentius
sacrae literae summi Dei potestatem Imperatoriam decla-
rant. Hunc enim, ostendunt, castra Hebraeorum in colu-
mina nubis, quasi ducem exercitus, praeshire, expugnatio-
nem deditioñemque terrae Chananaeae, et deinceps omnia
populi sacri cum externis gentibus bella, nutu imperio-
que suo moderari. Hunc esse praedicant, qui uictoriam
et pacem largiatur, quibus uelit, qui arcus perfringat, de-
truncet hastas, currus igne cremet. x) Cuius rei uel docu-
mentis

s) Lib. XXVII. 47

Annal. II. 26

t) LIVIVS X. 29

x) Psalym. XLVI. 10.

u) LIPSIUS Excurs. ad Tacit.

mentis uel exemplis adeo plenae sunt sacrae paginæ, ut pluribus eam approbare testimoniis, superiuacua in re notissima opera futura sit. Ex his tamen, consultum putamus, unum alteriusque locum primarium, ubi Deus Imperatorem se uerbo factoque demonstrat, decerpere, eumque idoneis obseruationibus, ad explanationem argumenti, illustrare. Nolo immorari excutiendo testimonio auctoris librorum Maccabaicorum, qui exercitui Iudei Maccabaei, aduersus Lysiam proficiscentis, apparuisse equitem falba ornatum ueste, aureumque iaculum vibrantem, copiasque eduxisse contra hostes, et ad caedendos fugandosque eos animum et robur addidisse, memorat. y) Verius multo illustriusque uisum est, quod obtigit Iosuae, diuinarum auctoritate literarum comprobatum. Qui castris ad Hierichuntem positis, dum consilia de optima urbis capienda ratione agitat, animaduertit hominem sibi ex aduerso stantem, strictum gladium manus tenentem. Ad quem accedens, nosterne es, inquit, an hostium? At ille: Ego Dux exercitus Iebouae nunc uenio. Tum Iosua pronus ad terram accidit, Ducemque illum uenerabundus adorat, et, iubente eo, calceos detrahit de pedibus, quod locum eum audit sacram esse. z)

§. VI

Virum, Iosuae apparentem, plerique interpretes Pontificii statuunt fuisse angelum creatum, sigillatim Michaelm Archangelum, quod ille Princeps gentis Iudeorum, Dan. X, 13 uocatur, eoque loco uti solent ad cultum angelorum religiosum demonstrandum. a) Pontificiis hac in re succinit 10. CLERICVS, qui ministrum Dei seu legatum

y) 2. Maccab. XI. 8

z) Ios V. 13. seqq.

a) CORNELIVS A LAPIDE
comment ad h. l. BELLARMI-
NVS de sanct. beat. J. I. c. 13.

B

16
17
18
19
5
20
6
21
7
22
8
23
9
40
10
24
11
25
12
26
13
27
14
28
15
29
16
30
17
31
18

X

gatum apparuisse, honoremque ei a Iosua exhibitum ciuillem fuisse existimat. Sed luculenta ipse hic locus argumenta suppeditat, quibus approbetur, ipsum Filium Dei se conspiciendum Iosuae praebuisse, forma humana, suo tempore assumenda. Talis enim saepius apparuit cum aliis, tum Abrahamo in primis, Gen. XVIII, 1 seqq. Vbi quidem uiri ad Abrahamum uenientes dicuntur אָנָּן, atque ex iis unus nomen יהוָה et אָדָּן accipit, ut filium Dei hunc fuisse intelligatur. At uir, quem Iosua uidet, וְאֵל dicitur, excellentiore uocabulo. Hoc enim uirum illustrem, eximium, et honoratum, שָׁרֵךְ autem hominem quemicunque denotat. b) Atque hic ipse uir deinceps appellatur Ιωσαήλ Ios. VI, 2, ut Θεού Θεωπόνος apparuisse significetur. Amplius diuinitas uiri apparentis confirmatur ipso, quo se appellat, nomine Principis exercitus Iehouae. Nam exercitus Dei cum multitudo angelorum perinde, ac populus Israeliticus, dicatur, Princeps eius esse non potest, nisi coeli terraque dominus, cui uniuersa rerum natura pareat. Dicit enim se uenire, ut auxilietur populo Israelitico, promittitque, se traditurum Hierichuntem in manus Iosuae, Cap. VI, 2. Quod sane opus non angeli creati est, sed ipsius Dei, illiusque adeo Angeli, qui expulsorum se gentes profanas pre Israelitis promiserat, et cui inest nomen Dei. Exod. XXIII, 20, 21. Denique uero cultus huic uiro exhibetur diuinus et religiosus. Iosua enim, uiso auditoque eo, prosternit se ad terram uenerabundus, paratumque se declarat, ad audiendum obtemperandumque, si qua Dominus sibi imperaturus sit. Quae quidem omnia IO. CLERICVS ad honorem uiuem et uerba publica, quam ad cultum religiosum, referre mauult, ita uero isthaec extenuat praeter meritum

b) Quae diuersa horum uocabulorum significatio haud obscu-

re intelligitur ex P. XXII, 7
XLIX, 3

meritum, ut hypothesi suae inferuiat. Iosua enim, qui summus Dux et Princeps populi Israelitici, auctoritate diuina constitutus, nemini obsequium debebat, nisi Deo, nec alium poterat. Dominum suum agnoscere, aut cuiuspiam seruum se profiteri, nisi Dei, cuius iussu populus in terram Chananaeam erat perducendus. Accedit, locum eum, quo eueniebat uisum, declarari sanctum, Iosuae que imperari detractionem calceorum, ad declarandam reverentiam praesentis Dei. Quamquam enim BELLARMINVS contendit, praesentia Angeli locum illum sacram fuisse, ut inde sanctus diceretur, nusquam tamen sacrae literae docent, sanctitatem loci esse ab Angelo. Sed loca dicuntur sancta, quae uel religione cultus diuini, uel singulari Dei praesentis manifestatione consecrata sunt. Hinc sacrarium uocabatur, in quo colebatur Deus sequi praesentem exhibebat, et corpora Christianorum dicuntur templa sancta, quod in iis habitat Spiritus Sanctus. c) Calcei autem detractio ritus est uenerationis summo Numini exhibenda, idque oppido patet ex consimili loco Exod. III, 5, ubi Deus Abrahami, Mosi apparens in ardentie rubo, eum suos ponere calceos iubet, quod staret in loco sancto. Hunc ritum, si IVSTINO credimus, d) a Mose gentiles mutuati sunt. Certe nudis incedere pedibus cum plurimis in sacris usitatum fuit, tum maxime in iis, quae Nudipedalia uocabantur, ut eruditii obseruant. e)

§. VII

Virum igitur, qui conspectus est a Iosua, diuinam fuisse personam, allatis haec tenus argumentis satis approbari uidetur. Qua autem de cauſa uidendum se praebat, et quid afferat negotii, ipſe habitu affatuque suo declarat.

B 2

Nam

c) 1 Cor. III, 16, 17

d) Apol. II

e) BALDVINVS de calceo antiquo,

cap. 23. CASAVRONVS ad

Saeton. Aug. 6. 100. BRAKEN-

BORCHIUS ad Sil. III, 28



XII

Nam apparet strictum ensim manu tenens. Quo quidem armatus alias uifus est Angelus Dei, ad uim eius in exsequendis Dei iussis, et infligenda hominibus calamitate, demonstrandam. Nam Balaam, ad impediendum eius iter, stricto gladio obuiam iit, f) et a Dauide medius inter coelum et terram uifus est, cum peste adficeret Israelitas, ob censem populi superbe actum. g) Hic uero strictus gladius in manu Viri, Iosuae apparentis, signum est militiae, pro Israelitis subeundae, eoque non poenae diuinatus infligendae, sed auxilii diuini minister et nuntius declaratur. Milites enim haud raro in sacris literis ita describuntur, ut sint ii, qui gladium stringunt. h) Iosua etiam, ut primum eum uirum conspicit, militem esse opinatur, et, nosterne es, inquit, an hostium? Amplioris autem dignitatis, quam militem, se esse, ipse mox declarat: *Ego sum Dux exercitus Iehouse.* Nomen יְהוָה, quod usurpat, alias quemcunque principem et potentem uirum, qui dignitate et imperio in alios gaudet, denotare solet, et subinde regibus aequiparatur. i) Quando uero ei uocabulo apponitur אַנְשֵׁׂׂה, tum significat copiarum ducem, neque eum inferiorem ordinum ductorem, sed summum, qui uniuerso exercitu cum imperio praesit. Hoc enim nomine Phichol, Siffera, Abner, aliique summi copiarum duces in sacris literis appellantur. k) Cum summo igitur Duce exercitus diuini loquitur Iosua, quem propterea οἱ LXX recte interpretati sunt Ἀρχιστρατηγος δυναμεως της Κυριου

§. VIII

Hic autem exercitus, cuius Imperator apparet Iosuae, cum dicatur esse Dei, intelligitur, Deum habere exercitum

f) Num. XXII, 23, seqq

i) 1 Sam. XXII, 2. Hos. III, 4.

g) 1 Cbron. XXI, 16

k) Gen. XXI, 22. Iud. IV, 2.

h) Iud. VIII, 10. XX, 2

Sam. XIV, 50

exercitum, cuius ipse dominus sit, cui summa cum maiestatis et potentiae suae manifestatione impereret, quem uel auspicio uel ductu suo regat, per quem denique consilia sua, promissiones et poenas exsequatur. Et diuersa eius sunt genera, diuersaeque naturae, pro immenso summi Dei imperio. Quibuscumque enim rebus maiestatem, uim et potentiam suam in humano genere uel gubernando uel puniendo demonstrat, illae dicuntur exercitus Dei. Praecipue hoc loco intelligitur populus Israeliticus, quem ipse Deus suum exercitum nominat, l) et in columna nubis et ignis praecedens, ex Aegypto per tot rerum discrimina et per infestas multorum hostium acies deduxerat in terram Chananaeam. Alius autem exercitus, cui Deus Imperator praest, in sacris literis uocatur **צָבָא הַשְׁמִינִי**, isque dupli significatione dicitur. Primo enim sic uocantur uirtutes et effectus rerum naturalium, in coelo et aere, quod a praepotente huius uniuersi arbitrio sapienter colligatae inter se, et perpetua ueluti lege ordinatae, summi Dei prouidentiae quasi militant, eiusque uoluntati et consiliis exsequendis inferuiunt. m) Cuius generis sunt omnia sidera, tempestates, procellae, grandines, tonitra, et alia, quae quod iussu Dei fiunt, et hominum uel utilitati uel exitio seruiunt, hinc Dei mandata exequi dicuntur. n) Quali ratione etiam gentilis poeta, **PAPINIVS STAVIVS,**^{*)} fulmen descripsit:

Volat ignea moles

Sacra Dei mandata ferens.

Deinde sic vocatur Angelorum multitudo, o) qui et exercitus Dei dicuntur. p) Hi una cum rerum naturalium uirtutibus uno exercitus coelestis nomine uidentur compre-

l) *Exod. VII, 4.*

n) *Psalm. CXLVIII, 8.*

m) *Gen. II, 1. Psalm. XXXIII, 6.*

*) *Theb. III, u. 320*

6. *CXLVIII, 2, seqq. Nehem.*

o) *i Reg. XXII, 19. Luc. II, 13.*

IX, 6

p) *Gen. XXXII, 2, 3.*

16
17
18
19
5
20
6
21
7
22
8
9
10
11
23
12
13
14
15

XIV

prehendi, quod Angelorum opera et ministerium haud raro in excitandis et dirigendis iis, iessu Dei, ueratur. Hic enim est, qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem flammantem. q) Propterea corpora coelestia, eorumque uirtutes, subinde ponuntur pro angelis, et contra angelis tribuitur, quod eorum opera, sed proxime uiribus rerum naturalium, effectum est, ut multa sacrae Scripturae loca docent. Certe nomine stellarum, ut hoc utar, appellantur angelii, r) et profanarum gentium opinio eo deflexit, ut singula sidera haberent pro Diis, quibus imperaret summus Iupiter. Sic enim Arcturus, coeleste sidus, apud PLAVTVM, s) de se et reliquis sideribus:

Qui est Imperator Diuum atque hominum Iupiter,

Is nos per urbes alium alia disparsat.

Ceterum, quod ipsorum Angelorum certi sunt ordines et principatus, ita ut inter eos memorentur Gevor, nungantes, aexor uas egypti, t) hinc Deus, summus rerum omnium arbiter, sit oportet, qui Imperatorem exercitus diuini se nominet, idemque cum ducem et auxiliatorem populi Israelitici se profiteatur, coeli terraecque et uniuersae naturae potestatem habeat, necesse est

§, IX

Auxilium Iosuae promittit Imperator diuinus, quod addit: עֲתַח בָּנִי, nunc ueni. Nam uenire uel descendere Deus dicitur, quando magnarum rerum opera patraturus est, ad homines uel clade affligendos, uel afficiendos beneficio. u) Quam autem rem gerendam, et quale auxilium promittat, ex ipso, quo se appellauerat ante, nomine, Ducis exercitus Iehouae, intelligitur. Quod enim exercitus Dei dicuntur cum populus Israeliticus, tum Angelorum copiae, et rerum coelestium aetherearumque

q) Ps. CIV, 4

r) Iob. XXXVIII, 7

s) In Prol. Rudentis

t) Coloss. I, 16

u) Ps. L, 3. Ex. XIX, 16, seq.

Nehem. IX, 13

rumque virtutes, hinc Deus ita se suppeditas laturum: Iosuae promittit, ut non solum ipse exercitui Israelitico praeiens dux adsit, et bella eius aduersus gentes Chananaeas auspicio ductuque suo gerat, sed etiam, ut omnem copiarum coelestium exercitum cum populo Israelitico militare iubeat, eiisque vi et labore hostes ubique prosterat atque profligeret. Quibus rebus intelligitur, triplicem esse rationem, qua Deus Imperatorem exercitum se praestet: primam nimis, ubi Deus exercitum ipse ducit, atque uel imperio suo, uel consiliis salubribus inspiratis, omnem rem bellicam moderatur: alteram, quando Deus rerum naturalium causas atque euentu sic ordinat atque disponit, ut uictoriam adiuuent, hostibus exitium importent: denique eam, qua Angelorum quasi auxiliares copias adiungit, aut arcana quadam ui militum animos confirmat, hostibus pauorem incutit. §. X.

Ductus exercituum diuinum nullum illustrius exemplum est, quam cum Deus populum Israeliticum, in columna nubila et ardente praecedens, per mare rubrum, et uictas regiones, et per hostes infestos in terram Chananaeam duxit. Quam rem quidem, multis iam declaratam literis, nunc non uberior exponimus, sed tantum similia huic exempla comparamus, quae profana suppeditat historia, quod his aeque ac sacris literis Deum Imperatorem demonstratum damus. Igitur duo Imperatores Graeca ostendit historia, quibus ardens columna dux nocturni itineris fuisse dicitur, Thrasybulum et Timoleontem. Ille, cum triginta tyranni seruitute oppressas tenerent Athenas, cum paucis suorum Phylen, quod est castellum in Attica munitissimum, confugerat. Ibi auctis cum tempore opibus mille et ducentos profugos noctu per auia ad hostium castra improuiso deduxit, illaque



XVI

isque fusis Piraceum cepit, et Munychiam muniuit. x)
HIC CLEMENS ALEXANDRINVS, ubi ostendit, multa
 Imperatoriae uirtutis documenta Graecos accepisse a Mo-
 se, y) refert inter alia, Thrasybulo per auia eunti colu-
 mnam uiae ducem extitisse, et nocte illuni hibernoque
 caelo ignem praecedentem deduxisse incolumes, et defe-
 cisse iuxta Munychiam, ubi nunc est ara Luciferae. Quod
 quidem factum antiquiores, qui ea de expeditione retule-
 runt, scriptores **XENOPHON**, **DIODORVS**, **NEPOS**,
 ignorant, sed ob insignem **CLEMENTIS** eruditionem, mul-
 tifariamque lectionem, quin a teste idoneo rem acceperit,
 haud dubitamus. Inde autem demonstrat credibilia debe-
 re fieri Graecis, quae Moses memoret, et praepotentis
 Dei iusu fieri potuisse, ut columna ignea Ebraeos noctu
 praecedenter. Nee dissimilis fuit fortuna Timoleontis.
 Qui cum dux electus esset earum copiarum, quas Corin-
 thi Syracusanis, ad opem contra Dionysium tyrannum fe-
